

FLORA PERUVIANA, ET CHILENSIS,

SIVE DESCRIPTIONES, ET ICONES

PLANTARUM PERUVIANARUM,  
ET CHILENSIUM,

SECUNDUM SYSTEMA LINNAEANUM DIGESTAE,

CUM CHARACTERIBUS PLURIUM GENERUM

EVULGATORUM REFORMATIS.

AUCTORIBUS<sup>1</sup>

HIPPOLYTO RUIZ, ET JOSEPHO PAVON,

REG ACAD MEDIC. MATRIT. SOCIIS.

---

TOMUS IV

(PARS II)



## CLASSIS IX

### ENNEANDRIA MONOGYNIA

**LAURUS** Linn. Gen. pl. tom. 2 p. 270

#### CHARACTER GENERICUS REFORMATUS

**Cal.** *Perianthium* campanulatum, sexfidum; *laciniis* concavis; alternis exterioribus; inferum.

**Cor.** nulla.

**Nectarium.** *Corpuscula* tria, pedicellata, aut sessilia, brevia, germen ambientia.

**Stam.** *Filamenta* novem, aequalia, brevia, linnearia, compressa; *sex exteriora* laciniarum calycis basi insidentia; *tria interiora* corpusculis nectarii paulo magis internis, alternantia, inter exteriores et pistillum inserta. *Antherae* calyces fere longitudine, erectae, ovato-oblongae, quadriloculares, quadrivalves (in paucis biloculares, bivalves), *sex exteriores* introrsum; *tres interiores* extrorsum dehiscentes; valvulis elastice dehiscentibus, incurvi, loculis duobus inferioribus majoribus. *Glandulae* duae pro singulo filamento interiori, ad basim, vel ad medium.

**Pist.** *Germen* subrotundum. *Stylus* simplex, longitudine staminum. *Stigma* depressum, obsolete trigonum, umbilicum.

**Per.** *Drupa* ovalis, monosperma.

**Sem.** *Nux* consimilis, tunicam membranacea obvoluta. *Nucleus* ejusdem figurae.

*Observatio* 1.\* Maxima nostrarum specierum pars hermaphrodita est; *Laurus dysodantha* et *nitida* dioicae sunt; *L. leptobotra* et *reticulata* an polygamae dioeciae? *L. nobilis* polygama dioica, cum flores masculi stamina novem ad tredecim et hermaphroditici feminei stamina quatuor sterilia proferant; in viginti quatuor Florae nostri Lauri Speciebus, quas florentes vidimus, stamina

novem constanter observavimus. Neque eo inferiorem numerum in *Lauro Persea* unquam invenimus, cui Millerus sex tantum Stamina tribuit, ut refert Swartz obs. botanicarum p. 153 quidem non secus ac nos novem etiam invenit. Nostrae species partium fructificationis situ, Staminum numero, Antherarum dehiscentia, omnibusque pistillis et fructus partium conveniunt. Variat tantum fructus figura, magnitudine et substantia; in Calyce autem, glandulis et nectariis animadvertuntur anomaliae, quae in sequentibus observationibus ostenduntur.

*Obs. 2.<sup>a</sup>* Cum diversa admodum sit forma illorum corpusculorum pedicellatorum, aut sessilium, quae in centro florum nonnullarum Lauri specierum animadvertuntur, si cum aliarum specierum corpusculi conferantur, cumque nihil similitudines praeserant cum veris illarum staminibus; ea cum Linnaeo Nectaria appellavimus, siquidem ea nomenclatio significantior et magis perspicua nobis visa est, quam Staminum sterilium nomen, quod illis imposuit Ant. Laur. de Jussieu. Ulteriori certe investigatione, et satis comparatione supradictorum corpusculorum cum legitimis staminibus destituti plures Botanici, pro Staminibus illa recognoscere; sed eorum capitula nullam cum veris Antheris analogiam habent.

*Obs. 3.<sup>a</sup>* *Calyx* sexfidus: laciniis aequalibus, persistentibus in *L. Persea*, et *triplineris*. *Calyx* sexfidus, persistens; laciniis tribus exterioribus brevioribus in *L. caerulea*, *ferruginea* et *Lingue*. *Calyx* sexfidus: laciniis aequalibus, deciduis, basi cum germine crescente in *L. aurantiadora*, *acutifolia*, *cuneifolia*, *dysodantha*, *furcata*, *Hihua*, *lincatifolia*, *longifolia*, *nitida*, *obovata*, *ovalifolia* et *purpurea*. *Calyx* sexfidus deciduus; laciniis aequalibus in *L. multiglandulosa* et *sulcata*. *Calyx* sexfidus cum germine crescens, carnosus, nucem omnino involvens: *laciniis* marcidis, drupam coronantibus in *L. Peumo*. *Calycis* basis persistens; lacinae et reliquae floris partes desiderantur in *L. balanocarpa*, *limbosa*, *Muca* et *Pucheri*. *Calix* sexfidus; laciniis aequalibus, an deciduis an persistentibus? in *L. heteranthera*, *subcordata*, *leptobotra* et *reticulata*. *Calyx* crescens, cyathiformis, limbo crenulato, persistens in *L. limbosa*, *Muca* et *Pucheri*.

*Obs. 4.<sup>a</sup>* *Nectarium*: *Corpuscula* tria, germen ambientia, triangularia, pedicellata, staminibus breviora, in *L. acutifolia*, *caeru-*

*lea, ferruginea, furcata, heteranthera, Hihua, Lingue, multiglandulosa, Persea, Peumo, purpurea, triplinervis* et *subcordata*. *Corpuscula* tria, germen ambientia, sessilia, ovata, aut obovata, vel ovalia in *L. cuneifolia, dysodantha, longifolia, lineatifolia, obovata, ovalifolia, reticulata* et *sulcata*. *Corpuscula* desiderantur in *L. aurantiadora, limbosa, Muca, nitida* et *Pucheri*.

*Obs. 5.<sup>a</sup>* *Glandulae* binae ad staminum basim utrinque adnatae in *L. Lingue, ovalifolia, Persea* et *subcordata*. *Glandulae* binae subpeltatae ad filamentorum fere medium in *L. caerulea, pedicellatae*; in *L. ferruginea, subpedicellatae*; in *L. heteranthera* et *triplinervis* sessiles. *Glandulae* binae ad medium filamentorum 6-7-interiorum, sessiles in *L. nobilis*. *Glandulae* sex ad staminum trium interiorum basim postice insertae molariformes, sessiles, in *L. acutifolia, cuneifolia, dysodantha, furcata, Hihua, leptobotra, lineatifolia, longifolia, multiglandulosa, obovata, Peumo, purpurea, reticulata* et *sulcata*. In *L. multiglandulosa* praeter glandulas sex molariformes, aliae sex glandulae ad basim trium filamentorum exteriorum alternantium, utrinque lateraliter adnatae. *Glandulae* in *L. aurantiadora* desiderantur.

*Obs. 6.<sup>a</sup>* *Antherae* quadriloculares, quadrivalves in *L. acutifolia, aurantiadora, caerulea, cuneifolia, ferruginea, furcata, Hihua, lineatifolia, Lingue, longifolia, multiglandulosa, obovata, ovalifolia, Persea, purpurea, reticulata, sulcata* et *triplinervi*. *Antherae* sex exteriores quadriloculares, tres interiores biloculares in *L. heteranthera, subcordata* et ¿*leptobotra*? in cujus floribus hermaphroditis femineis earum vestigia conspiciuntur. *Antherae* biloculares in *L. dysodantha, Peumo* et *nobilis*.

*Obs. 7.<sup>a</sup>* Flores masculi in *L. nitida* desiderantur.

*Obs. 8.<sup>a</sup>* In *L. nobilis*, *Calyx* in utroque sexu quadripartitus, deciduus *Nectarium* nullum. *Stamina* in mare a novem ad tredecim, quorum sex exteriora eglandulata. *Antherae* biloculares, bivalves. In flore hermaphrodito femineo stamina quatuor, brevissima, antheris ovatis, rostratis, effoetis. *Stylus* brevis, declinatus. *Stigma* subtrigono, peltatum, rimaceum, scabrum. *Drupa* ovalis.

*Obs. 9.<sup>a</sup>* In cunctis Lauri speciebus plures flores quam in caeteris plantis abortium.

### Habitus

Arbores procerae, trunco crasso, coma frondosa, sempervirentes aromatae aut fragrantae. Rami sparsi. *Folia* plerumque sparsa, in paucis alterna suboppositaque, integerrima, exsucca, membranaceo-coriacea, ut plurimum breviter petiolata, venosa, venoso-reticulataque; venis plerumque alternis, nonnullis oppositis. *Flores* racemosi, paniculati subcorymbosique, axillares et terminales, breviter pedicellati, bracteis caducis stipati.

Ex Lignis omnium specierum optimas trabes, et asseseris ad varia opera utilissima elici possunt. Cortices nonnullarum specierum, *Folia*, *Calyces*, fructusque aliarum ad aeconomicae et Medicinae usum praestantissimi sunt.

### Laurus Persea. lc. 345

1. *L. foliis* oblongis ovatisque, venoso reticulatis, floribus subcorymbosis, fructu maximo pyriformi.

*Laurus* (*Persea*) *foliis* ovatis, coriaceis, transverse venosis, perennantibus, floribus corymbosis Lin. sp. pl., t. 2, p. 227.

*Laurus Persea* Olav. Swartz Obs. Botan., p. 153.

**Arbor** 8-20 ulnaris et ultra, sempervirens.

**Truncus** erectus, teres, satis crassus, coma frondosissima, cortice fusco, cinereo, rimaceo, sapore et odore parum aromatico; ligno albicante, mediocri consistentiae.

**Rami** sparsi, teretes; *teneri* medullosi, foliosi, purpurascetes.

**Folia** sparsa, petiolata, oblonga, obovataque, acuminata, integerrima, plana, subtum venoso-reticulata, leviter pubescentia, venis majoribus inflexis, subpurpureis, membranacea; *seniora* deflexa, *juniora* patentia, uni-tripalmaria, latitudine palmari.

**Petioles** sesquipedales, supra canaliculati, purpurei.

**Pedunculi** axillares, solitarii, foliis duplo breviores, subcorymbosi, tomentosi, multiflori.

**Flores** breviter pedicellati, bracteis totidem ovatis stipati.

**Calyx** a.bido-viridis, profunde sexfidus, pubescens; *laciniis* aequalibus, oblongis, patulis, persistentibus.

**Stamina:** Filamenta novem, longitudine fere calycis, aequalia, subulata, hirsuta; *tria interiora* utrinque ad basim glandulam pedicellatam sub-ovali. *Antherae* erectae, ovales, quadriloculares, antice valvulis quatuor obovatis, elastice sese erigentibus dehiscentes, loculis duobus inferioribus superioribus majoribus.

**Corpuscula** tria, germen cingentia subcordata, acuta, erecta, longe pedicellata.

**Pistillum** *Germen* globosum. *Stylus* longitudine staminum, subulatus, *Stigma* subtrigonum, depressum.

**Peric** *Drupi* maxima, obovato-pyriformis, uni-bipalmaris, unilocularis, monosperma, inodora, valde carnosa, viridi-lutescens, cortice subcoriaceo; inciso, parum succo lacteo, resinoso scattente, carne butyraceam, viridi-albicante, fibrillis nonnullis longitudinalibus a *Drupae* basi usque ad nucis extremitatem decurrentibus intermixta.

**Nux** turbinata, uni-sesquipollicaris, cortice duplici, tenui, membranoso-cartilagineo, fragili, ferrugineo, sponte secedente obvoluta. *Nucleus* in duos lobulos bipartibilis, succo lacteo, aeri exposito rufescente.

*Habitat* in Regni Peruani Hortis, agrisque cultis, et in Andium nemoribus, locisque maritimis calidis.

*Floret* a Septembri ad Novembrem.

*Vernacule* in Peruvia *Palto*, in Nova Hispania, aliisque Provinciis Americae septentrionalis *Aguacate*; fructus vero *Paltus* et *Aguacates*.

*Vires et usus:* ex hujus Arboris trunci pretiosissimae trabes et crassissimi asseres ad aedificia variaque Lignariorum Fabrorum, opificia aptissimi fiunt. Fragrans optime in igne odorem gratissimum spirant. In Peruvia fructus ferunt magnitudinis ovi gallinacei, aliquando etiam sesquibrae pondere praesertim ad vicos Sancta Olaya et Chavin, de Pariarica in Canta et Huamalies Provinciis. Pyri sativae Pompejanae absque umbilico formam plerumque referunt. Ut edules hi fructus evadant, necesse est, ut oportune lecti inter furfur, palleas, foenu aridum aliaque hujusmodi servantur, quorum ope ad maturitatem perveniunt et mollescunt. Tunc vero suavissima et sapidissima eorum pulpa percipitur ab incolis, atque ab europaeis, qui eis paulatim assuescunt. Peruani vero Paltas abs condimento ullo edunt; ex eis

Acetaria incocta praeparant, et herbarum acetariis miscent; sed saepius nonnihil salis tantum inspungunt, quo sapidiores, quam caeteris condimentis sunt, deliciores quidem cum citrei syrupo evadunt. Sapor autem hujus fructum nucum juglandum recentium cum pane esitatarum aliquantulum simili est. Facile digeritur, quamquam nonnulli eum qualitate refrigerante preditum esse, contendunt. Nunquam audivimus noxam atulisse. In conviviis sub initium eos exhibent in duas aut plures aequales partes longitudinaliter dissectas. Nucleorum succus lacteo resinosis aeris attactu croceum colorem acquirit diu permanentem; quamobrem Peruviani subuculis et aliis linteas ex succo notam imprimunt. Inservit etiam Pictoribus, et ad opificia e lana, lino, gossypio et serico confecta inficiendum.

*Explic.* Ic. 1. Flos erectus. 2. Idem expansus. 3. Receptaculum floris cum staminibus, nectario, et glandulis. 4. Stamen absque glandulis. 5. Stamen glanduliferum. 6. Nectarii corpusculum. 7. Pistillum omnia aucta. 8. Drupa. 9. Eadem longitudinaliter secta nucleum demonstrando. Nuclei dimidia pars cum membrana corculum exhibens.

### **Laurus ovalifolia.** Ic. 346.

2. *L.* foliis ovalibus, acuminatis, subtus sublanuginosis, floribus paniculato-racemosis.

**Arbor** 9-14 orgyalis, sempervirens.

**Truncus** erectus, teres, coma frondosa.

**Rami** erecto-patentes; *teneri* foliosi, angulati, brevi lanugine ferruginea.

**Folia** sparsa, petiolata, ovalia, acuminata, integerrima, supra glabra, nitida, subtus sublanuginosa, venosa; venis alternis, inflexis, marginibus baseos revolutis, bipalmaria et ultra, latitudine pollicari.

**Petioli** pollicares, supra sulcati, lanuginosi.

**Pedunculi** axillares, folio longiores, paniculato-racemosi, erecti, laxi, lanuginosi.

**Pedicelli** communes, inaequales, multiflori.

**Flores** parvi, breviter pedicellati, bracteis totidem ovatis, acutis, minimis, caducis stipati.



**Calyx** profunde sexfidus; laciniis aequalibus, luteo-ferrugineis, deciduis, subrotundo-ovatis, basi cum germine crescente.

**Stamina:** *Filamenta* novem, longitudine calycis, duplici ordine digesta, subulata, hirsuta; *tria interiora* utrinque glandulam subreniformi breviter pedicellata, lateraliter postice ad basim adnata. *Antherae* erectae, ovatae, obtusae, emarginatae, punctatae, quadriloculares, antice quadrivalves; *valvulis* obovatis, elastice dehiscentibus, incurvis; loculis duobus inferioribus, superioribus majoribus.

**Corpuscula** germen cingentia, minima.

**Germen** subrotundum. *Stylus* subulatus longitudine staminum. *Stigma* simplex, obtusum.

**Drupa** ovalis, purpurascens, basi calycis semicincta.

*Habitat* in Peruviae Andium nemoribus ad Cuchero, Chinchao et Macora.

*Floret* Julio et Augusto.

*Explic.* Ic. 1. Flos erectus. 2. Idem expansus magnitudine naturali. 3. Receptaculum floris cum staminibus. 4. Stamen absque glandulis. 5. Stamen glandulosum. 6. Pistillum 3, 4, 5, 6, omnia aucta. 7. Germen cum calyce adultum. 8. Drupa cum basi calycis.

### **Laurus punctata.** Ic. 347

3 L. foliis oblongo-ovalibus ovatisque, coriacei, acuminatis, pedunculis racemosis, drupis punctatis.

**Arbor** 20 ulnaris, et ultra, sempervirens.

**Truncus** erectus cortice cinereo, coma frondosa.

**Rami** alterni, teretes; *teneri* obtuse angulati, foliosi, dilute purpurascens.

**Folia** alterna, petiolata, oblongo-ovalia, ovataque, obtuse acuminata, integerrima, utrinque globosa, supra nitida, coriacea, subtus venosa, venis inflexis, alterius purpureis, margine reflexa, ad basim revoluta, 2-3 palmaria, latitudine sesquipalmari.

**Petioli** semipollicares, parum curvati, purpurei, supra canaliculati.

**Pedunculi** axillares terminalesque, striati, foliis breviores, recemosi.

**Drupa** obovato ovalis, punctata, virescens, olivae magnitudine, basi calycis crescentis cyathiformi, crassa, cincta.

*Reliqua desiderantur.*

*Habitat* in nemoribus Andium Provinciae Tarmae ad Vitoc arcem.

Augusto fructibus onustam hanc speciem offendit D. Joannes Tafalla.

*Explic.* Ic. 1. Drupa cum basi calycis. 2. Drupae dimidia pars transversim secta. 3. Semen.

### **Laurus reticulata.** Icon. 348

4. L. foliis ovatis oblongisque, acutis, pubescentibus, reticulatis, floribus paniculato-racemosis.

**Arbor** 20 ulnaris et ultra, sempervirens.

**Truncus** erectus, teres, crassus, cortice fusco-cinereo, coma frondosissima, ligno mediocriter duro.

**Rami** teretes; *teneri* angulati, hinc inde planiusculi, pubescentes, ferruginei coloris.

**Folia** sparsa, patentia, petiolata, ovata oblongaque, acuta, integerrima, venosissima; venis majoribus alterniis, sub-inflexis; reliquis reticulatis, supra pubescentia; subtus villosa-lanuginosa, luteo-ferruginea: marginibus leviter reflexis; ad basim margine utrinque revoluta; majora pedalia, et ultra, latitudine sesquipalmari.

**Petioli** ut plurimum semipollicares, supra canaliculati, dense hirsuti.

**Pedunculi** axillares, solitarii, foliis longiores, erecti paniculato-racemosi, dense hirsuti.

**Pedicelli** *communes* subdichotomi, multiflori, sparsi, bracteis ovatis, parvis, caducis sustentati; partiales brevissimi, conferti, totidem bracteis ovatis, caducis stipati.

**Calyx** profunde sexfidus; *laciniis* ovatis, intus albis; exterioribus patentissimis; interioribus erectiusculis, paulo minoribus.

**Filamenta** novem, aequalia, brevissima, *tria interiora* utrinque ad basim postice glandulis sex, binis, sessilibus, molariformibus, glabris, luteis. *Antherae* breves, conniventes, oblongae, truncatae, compressae, quadriloculares, quadrivalves; *valvulis* quatuor obovatis, elasticè dehiscentibus.

**Corpuscula** tria, parva, obovata, apice villosiuscula, luteo-fulvescentia, germen ambientia.

**Germen** subrotundum, parvum, *Stylus* longitudine staminum, *Stigma* trigonum, obtusum.

*Habitat* in Andium Peruviae nemoribus ad Cuchero, Chinchao et Pozuzo. Joannes Tafalla hanc ipsam speciem prope fluvium Maraynioc circa Vitoc arcem etiam invenit.

*Floret* Julio et Augusto.

*Observ.* Tafalla, neque nos ipsi fructus unquam, aut Germina adulta praedictis mensibus offendimus, ideoque ¿an planta dioica, aut polygama censenda?

*Explic.* Ic. 1. Flos semiapertus. 2. Idem expansus. 3. Calycis lacinia exterior. 4. Calycis lacinia interior. 5. Staminum cum pistillo in receptaculo. 6. Eadem aucta. 7. Receptaculum cum vestigiis staminum et glandulis. 8. Stamen. 9. Idem auctum. 10. Pistillum.

### **Laurus aurantiodora.** Ic. 349

5. L. foliis oblongo-lanceolatis, marginibus revolutis, pedunculis racemosi purpureis.

**Arbor** decem-orgyalis et ultra, semper virens, glaberrima.

**Truncus** erectus, coma frondosissima, patente.

**Rami** teretes, *juniores* angulati, purpurascetes.

**Folia** alterna, breviter petiolata, oblongo-lanceolata, acumine obtuso, integerrima, margine revoluta, supra nitida, venoso-reticulata, venis majoribus alternis, incurvis, sesquipalmaria, latitudine sesquipollicari.

**Petioli** trilineares, parum contorti, supra canaliculati.

**Racemi** axillares terminalesque, solitarii, erecti, purpurei, longitudine foliorum, in fructu foliis longiores.

**Flores** pedicellati, odore aurantio simillimo, bracteolis minimis, caducis.

**Calyx** sexfidus, laciniis albis, aequalibus, deciduis, basi persistente, germine crescente, atro-purpurea.

**Filamenta** novem brevissima, compraessa, *Antherae* ovatae, quadriloculares, quadrivalves.

**Drupa** subrotunda, ciceris magnitudine, fusca, basi calycis cyathiformi semicincta.

*Habitat* in Peruviae Andium nemoribus ad Chinchao et Cuchero.  
*Floret* Julio et Augusto.

*Explic.* Ic. 1. Flos integer. 2. Stamen cum loculis antherae clausis.  
 3. Idem cum loculis apertis. 4. Idem auctum. 5. Pistillum. 6.  
 Drupa calyce semicincta. 7. Drupa.

### **Laurus caerulea.** Ic. 350

6. *L. foliis ovatis, subtus albicantibus, pedunculis axillaribus racemoso-paniculatis, drupis caeruleis.*

**Arbor** 16-ulnaris, et ultra, semper virens.

**Truncus** erectus, coma frondosa, patula.

**Rami** teretes; *teneri* angulati, foliosi.

**Folia** sparsa, petiolata, ovata, nonnulla oblonga, integerrima, plana, supra nitida, subtus leviter pubescentia, albida, venosa, venis alternis, purpureis, incurvis, membranacea, nonnulla basi inaequali, uni-tri-palmaria, latitudine sesquipalmaria.

**Petioli** uni-sesquipollicares, supra canaliculati, purpurei.

**Pedunculi** axillares, graciles, erecti, foliis longiores brevioresque, racemoso-paniculati.

**Pedicelli** *communes* sparsi, distantes, furcati; *partiales* breves subcorymbosi.

**Flores** parvi, lutescentes, unicus ex singula furcatione, praecocior, longue pedicellatus.

**Calyx** profunde sexfidus; *laciniis* extus tomentosis, intus hirsutis; tribus exterioribus minimis, ovatis, interioribus magnis, ovato-lanceolatis, persistens.

**Stamina** novem, aequalia, duplici ordine; *Filamenta* linearia, hirsuta *sex exteriora* eglandulata, *tria interiora* ad medium fere utrinque glandulifera; glandulis pedicellatis, subpeltatis. *Antherae* oblongo-ovatae, erectae, quadriloculares, quadrivalves; valvulis elastice sese erigentibus.

**Corpuscula** tria staminiformia, hirsuta, germen circumdantae.

**Stylus** longitudine staminum. *Stigma* obtusum, trigonum.

**Drupa** pisi magnitudine, globosa, coerulea.

*Habitat* in Peruviae Andium memoribus ad Chinchao et Llama-pañahui.

*Floret* Julio et Augusto.

*Observatio.* Flores plurimos monstrosos ab insectis crosos, in hac specie frequenter deprehendimus.

*Expli.* Ic. 1. Flos integer dehiscens. 2. Idem expansus. 3. Calycis lacinae exteriores. 4. Calycis lacinia interior. 5. Corpuscula tria pistillum cum calycis laciniis exterioribus. 6. Stamen eglandulatus. 7. Stamen glandiferum. 8. Stamen antheris apertis. 9. Pistillum. 10. Drupa.

### **Laurus purpurea.** Icon. 351

7 L. foliis ovato-oblongis, acuminatis, pedunculis paniculatis.

**Arbor** octo-orgyalis et ultra, sempervirens.

**Truncus** erectus, cortice cinereo, parum aromatico, coma frondosissima.

**Rami** teretes; *teneri* purpurascens.

**Folia** sparsa, breviter petiolata, ovato-oblongaque, acuminata integerrima, nitida, utrinque glabra, venosa, subreticulata, venis majoribus alternis, incurvis, purpureis, uni-tripalmaria, latitudine tripollicari.

**Petioli** semipollicares, parum curvati, purpurei, supra canaliculati.

**Pedunculi** axillares terminalesque, laxè paniculati, in flore virides, in fructu purpurei.

**Pedicelli** communes partialesque, bracteis totidem ovatis, concavis, deciduis, suffulti.

**Calyx** parvus, parum apertus, profunde sexfidus; *laciniis* ovatis, concavis aequalibus, deciduis, basi persistente, purpurea, germinè crescente.

**Filamenta** novem, linearia, compressa, quorum sex exteriora, tria interiora utrinque glandula sessili molariformi ad basim postice adnata. *Antherae* ovatae, quadriloculares, quadrivalves; valvulis elastice sese erigentibus.

**Corpuscula** tria, ovata, acuta, pedicellata, staminiformia, brevia, lutea, germen cingentia.

**Drupa** obovata, olivae magnitudine, purpureo-atra, basi corollae circumscissae insidens.

*Habitat* in Peruviae Andium nemoribus prope Cuchero.

*Floret* Julio et Augusto.

*Observatio:* Plurimi Flores in hac specie monstrosi evadunt.

- Expl.* Ic. 1. Flos integer cum bracteola erectus. 2. Idem expansus. 3. Stamina et pistillum in receptaculo cum bracteola. 4. Receptaculum auctum cum glandulis. 5. Stamen eglandulatum cum antherae valvulis explicatis. 6. Idem glandulosum. 7. Pistillum. 8. Drupa basi calycis insidens.

**Laurus Pucheri.** lc. 352

8. L. foliis lanceolato-oblongis breviacumine, racemis paucifloris pendulis, calyce in fructu magno, tuberculato.

**Arbor** 20-ulnaris, frondosa, sempervirens, glabra.

**Truncus** erectus, cortice fusco, coma frondosa.

**Rami** teretes, cinereo-fusci; *teneri* subangulati.

**Folia** sparsa, breviter petiolata, lanceolato-oblonga, breviter acuminata, integerrima, supra nitida, subcarinata, undulata, membranacea, laevia, venosa, minute reticulata, venis majoribus incurvatis, alternis, bipalmaria et ultra, latitudine sesquipollicari.

**Petioli** sesquipollicares, parum contorti, supra canaliculati.

**Pedunculi** axillares, solitarii geminique, pauciflori, laxi, in fructu penduli, longitudine fere foliorum, basi incrassati.

**Pedicelli** in fructu bipollicares, basi apiceque incrassati.

**Calyx** in fructu cyathiformis, magnus, crassissimus, tuberculatus, limbo crenulato.

**Drupa** pollicaris, ovali-oblonga.

*Habitat* in Peruviae Andium nemoribus Tarmae Provinciae ad Vito arcem, ubi Joannes Tafalla Iconem fructiferum delineavit, et nobis nonnulla ramorum exemplaria misit. Ex Nova Hispania Glandes Pucheri ad nos etiam veniunt.

*Vernacule* Pucheri et Pinoli.

*Usus.* Cortex, Folia, Calyces adulti, et Drupae, aromaticum gratissimumque odorem Caryophyllo et Cinnamomo haud absimilem spirant cui illorum sapor etiam respondet; ideoque in culinari usu inter Zingiberem, Piper, Moschatam Nucem aliaque aromata Calyces praesertim et Drupae annumerari merentur. Drupae Nuclei, quos Pharmacopoei et Mercatores Pucheri, Pinoli et Indiarum Glandes appellant, stomachicas praestantissimas et digestivas vires possident. In stomachici emplastri de *Soyras* dicti compositionem ingrediuntur.

*Observ.*: Ad hanc speciem *Laurus Pichurim* Faba Mat. Med. Bergii, p. 343 pertinet; in eorum opere vires et usus diffusius lector inveniet.

*Explic.* Ic. 1. Drupa calyce seminincta. 2. Calyx absque Drupa. 3. Drupa. 4. Nucleus bipartitus.

### **Laurus nitida.** Ic. 353

9 L. (dioica) foliis oblongis, angustis, acuminatis, racemis feminis brevibus, paucifloris.

**Arbor** 12-orgyalis, sempervirens, glaberrima, dioica.

**Truncus** erectus, crassus, cortice fusco coma frondosa.

**Rami** teretes; *juniores* angulati, foliosi.

**Folia** sparsa, breviter petiolata, patentia, plana, levia, membranacea, oblonga, angusta, acuminata, acumine 4-lineari, obtuso, integerrima, utrinque nitida, venosa; venis majoribus alternis, incurvatis, bipalmaria, latitudine ut plurimum sespollicari.

**Petoli** 2-3 lineares, supra canaliculati.

**Pedunculi** axillares, solitarii, uni-bipollicares, racemosi, pauciflori.

**Pedicelli** uniflori, rarius 2-3 flori, brevissimi.

**Flores** feminei minimi, cernui.

**Flores** masculi desiderantur.

**Calyx** sexfidus; *laciniis* ovatis, aequalibus, erecto-patulis, deciduis, basi persistente, cum germine crescente.

**Stamina** floris feminei nulla, cujus loco squamae ovatae, calyci infra ejusdem lacinias insidentes.

**Germen** subrotundum, basi calycis immersum. *Stylus* nullus. *Stigma* trigonum, parvum.

**Drupa** ovalis olivae fructus magnitudine, basi calycis increscenti cyathiformi excepta.

*Habitat* in Peruviae Andium nemoribus ad Chacahuasi prope Pillao vicum.

*Floret* Septembri et Octobri, quibus mensibus hanc plantam feminam, cujus descriptionem et Iconem hic sistimus, deprehendimus, nusquam autem marem.

*Observ.* Drupa amara, et parum aromatica, folia viscido sapore, et subinodora sunt.

*Explic.* Icon. 1. Flos erectus. 2. Idem explicatus. 3. Squama ex floris centro. 4. Pistillum. 5. Drupa. 6. Nucleus bipartitus.

**Laurus balanocarpa.** lc. 354

10. *L. foliis oblongo-lanceolatis acutis, pedunculis brevibus, paucifloris, drupa calyce seminvoluta balaniformi.*

**Arbor** vigintiulnaris, et ultra.

**Truncus** erectus, coma frondosa, cortice odorato, cinereo.

**Folia** sparsa, breviter petiolata, oblongo-lanceolata, acuta, integerrima, utrinque glabra, supra nitida, marginibus basi reflexis, venosa; venis majoribus alternis; minoribus vix manifestis; membranacea, ut plurimum bipalmaria, latitudine bipollicari.

**Petioli** bilineares, supra canaliculati.

**Pedunculi** axillares rameique; in fructu 2-4 flori.

**Drupa** ovali-oblonga, calyce crescente apice dilacerato, seminvoluta.

*Habitat* in Andium Peruviae nemoribus, ad Vitoc arcem, unde Tafalla iconem, exemplaria sicca, et descriptionem nobis misit *Fructiferam* invenit praedictus Tafalla, Julio et Augusto.

*Obs.* Cortices odorem cinamomi aemulantem spirant, et sapore acri gaudent.

*Expl.* Ic. 1. *Drupa* calyci semi immersa. 2. Calyx. 3. *Drupa*. 4. Nucleus bipartitus.

**Laurus dysodantha.** lc. 355

11. *L. (dioica) foliis oblongis, acute acuminatis, floribus minimis, paniculatis.*

**Arbor** 12-ulnaris et ultra, glabra, sempervirens, dioica.

**Truncus** erectus, teres, coma parum frondosa, diffusa.

**Rami** teretes; *teneri* foliosi, virescentes, leviter striati

**Folia** alterna, petiolata, oblonga, acuminato, acumine obliquo, acuto, subpollicari, integerrima, utrinque nitida, tenuia, venoso-reticulata; venis majoribus alternis, incurvatis; sex pollicaria, latitudine pollicari, ad axillas venarum villis brevibus, densis.

**Petioli** subpollicares, supra canaliculati.



**Pedunculi** axillares, ut plurimum bipollicares, paniculati; *masculi* tripartiti, laxi. pedicellis brevibus horizontaliter divergentibus, pedicelli flores *feminea* breviores, simplices, 4-5 flori.

**Flores** minimi purpurascens, foetidissimi, breviter pedicellati, bracteolis lanceolatis concavis, caducis suffulti; *masculi* marcescentes.

**Calyx** profunde sexfidus, extus leviter pubescens; laciniis ovatis, aequalibus, patulis; in flore femineo basi crescente cum fructu, rubra, carnosâ, turbinata.

**Filamenta masculis** novem, latiuscula, brevissima; *femineis* nulla, nisi staminum rudimenta. *Antherae* ovatae, calycis longitudine, utrinque ad apicem lateraliter valvulis duabus elastice sese erigentibus dehiscentes.

**Glandulae** sex, minimae, binae, utrinque ad basim filamentorum trium interiorum postice insidentes, molariformes, sessiles.

**Corpuscula** minima in flore masculo.

**Germen femineis** subrotundum. *Stylus* longitudine antherarum. *Stigma* obtusum.

..... *Masculis* nullum.

**Drupa** ovalis, olivae, magnitudine, nigra, pendula.

*Habitat* in Chinchao nemoribus ad Macora predium.

*Florct* Junio et Julio.

*Explic.* Icon. Fig. a. Ramulus faemineus. 1. Flos erectus. 2. Idem expansus. 3. Idem auctus. 4. Calyx in fructu. 5. Drupa transversim secta. 6. Nux.

Fig. b. Ramulus masculus. 1. Flos erectus. 2. Idem explicatus. 3. Idem auctus. 4. Stamina in receptaculo aucta. 5. Stamen. 6. Idem auctum cum antherae valvulis explicatis.

### **Laurus sulcata.** Icon. 356

12. L. foliis ellipticis obovatisque obtuse acuminatis, racemis brevibus, semine sulcato.

**Arbor** 30-ulnaris, sempervirens, glaberrima.

**Truncus** erectus, crassus, coma frondosa.

**Rami** teretes, *teneri* angulati, foliosi.

**Folia** sparsa, breviter petiolata, elliptica obovataque, obtuse acuminata, integerrima, membranacea, subtus minutissime venosa;

venis majoribus alternis, incurvis, subdivisis, nitida, patentia, ut plurimum sex-pollicaria, latitudine 4-pollicari.

**Petioli** trilineares, supra canaliculati.

**Racemi** axillares, foliis duplo breviores, compositi.

**Flores** parvi, 4-5 plerumque adulescunt, reliqui abortiunt.

**Calyx** sexfidus, deciduus: *laciniis* aequalibus, ovatis, patulis, minimis.

**Filamenta** novem, brevissima, linearia; tria interiora utrinque ad basim postice glandula sessili molariformi. *Antherae* ovatae, 4-loculares, 4-valves.

**Corpuscula** tria, minima.

**Drupa** pollicaris, ovalis, fuscii coloris, laevis.

**Nux** oblonga, 12-sulcata, epidermide membranacea.

*Habitat* in Andium Peruviae nemoribus ad Macora et Chinchao.

*Floret* Julio et Augusto.

*Explic.* Ic. 1. Flos erectus. 2. Idem patens. 3. Idem auctus. 4. Stamen eglandulatum. 5. Idem glanduliferum. 6. Idem auctum cum antheris apertis. 7. Receptaculum floris cum glandulis et staminum vestigiis. 8. Pistillum. 9. Idem auctum. 10. Nux.

### **Laurus obovata.** Ic. 357

13. L. foliis obovatis, obtusis, paniculis magnis.

**Arbor** 20-ulnaris et ultra.

**Truncus** erectus, cortice cinereo, subinodoro, amariusculo.

**Rami** teretes; *teneri* angulati, scabriusculi.

**Folia** sparsa, petiolata, cuneiformia, obtusa, integerrima, supra nitida, membranacea, venosissima, majora tripalmaria, latitudine ad apicem sesquipalmari.

**Petioli** pollicares, canaliculati, parum incurvi.

**Panicula** axillaris, solitaria, magna, multiflora.

**Pedunculi** partiales horizontaliter divergens, subdivisi, multiflori.

**Pedicelli** breves, uniflori, bracteolis totidem minimis, ovatis, caudicis stipati.

**Calyx** 6-fidus: *laciniis* aequalibus, patentibus, lutescentibus, deciduis.

**Filamenta** novem, aequalia, brevissima, linearia, quorum tria interiora glandulis sex binis, sessilibus, utrinque ab basim posti-

ce insidentibus, minimis, molariformibus. *Antherae* ovatae, erectae, aequales, 4-loculares, 4-valves; *valvulis* elastice dehiscentibus, loculis inferioribus majoribus.

**Corpuscula** tria, minima.

**Germen** subrotundum. *Stylus* antherarum longitudine. *Stigma* simplex, obtusum depressum.

**Fructus** desideratur.

*Habitat* in Peruviae Andium nemoribus ad S.<sup>a</sup> Antonio de Playa grande.

*Floret* Augusto et Septembri.

*Explic.* Ic. 1. Flos erectus. 2. Idem patens. 3. Idem auctus. 4. Stamina duo cum antheris clausis. 5. Stamen cum valvulis apertis. 6. Idem auctum. 7. Receptaculum floris auctum. 8. Corpuscula. 9. Pistillum.

#### **Laurus Peumo.** Icon. 358, fig. a

14. *L. foliis* ovatis subrotundisque, emarginatis, albicantibus, racemis brevibus. *Peumus* (rubra) foliis alternis, petiolatis, ovalibus, integerrimis. Molina, *Comp. Hist. Nat. Regn. Chil.*, tom. I, pág. 200.

**Arbor** 12 orgyalis et ultra, sempervirens glabra.

**Truncus** erectus, crassus, coma frondosa.

**Rami** teretes, fusci; *teneri* angulati.

**Folia** sparsa, aliquando opposita, breviter, petiolata, ovata subrotundaque, aliquando ovalia, nonnulla subcordata, emarginata, rarius integerrima, supra nitida, subtus minutim venoso-reticulata, albicantia, marginibus revolutis; venis majoribus alternis, membranacea.

**Petiololi** bilineares, supra canaliculati.

**Racemi** ex axillis superioribus terminalesque, solitarii, breves, multiflori, subdivisi.

**Pedicelli** communes et partiales breves, ternatim subtriflori, bracteolis semilanceolatis, villosis, caducis stipati.

**Flores** parvi, lutescentes.

**Calyx** sexfidus; *laciniis* ovatis, obtusis, concavis, erectis, aequalibus, pubescentibus, basi simul cum germine crescente.

**Filamenta** novem, hirsuta, linearia, plana, *quorum sex exteriora*

brevia, ad basim singulae calycis lacinae singulum insertum; *tria interiora* utrinque glandula molariformi, sessili ad basim postice inserta. *Antherae* longitudine calycis, erectae, ovatae, biloculares, bivalves, lateribus utrinque dehiscentes; valvulis oblongis, elastice sese erigentibus.

**Corpuscula** tria, cordato-ovata, acuta, subsessilia, staminiformia, pistillum ambientia, postice hirsuta, antice glabra.

**Germen** basi calycis immersum, subrotundum. *Stylus* longitudine staminum, cylindricus. *Stigma* simplex obtusum.

**Drupa** ovata, rubra, obsolete nervosa, e basi calycis carnosa formata, laciniis calycis, et staminibus marcidis coronata, olivae magnitudine.

**Nux** ejusdem figurae, bipartibilis testa membranacea, punctis resiniferis undique obsita. *Nucleus* conformis.

*Habitat* copiose in Regni Chilensis silvis et campis, praesertim in Conceptionis, Canquenes, Itata, Rere, Puchacai et Arauci Provinciis.

*Floret* Novembri et Decembri.

*Vernacule* Peumo.

*Vires et Usus.* Incolae Drupas comedunt in aqua laeviter coctas absque ullo condimento, exiguam pulpae copiam, quae pelliculae exteriori adhaeret, sugentes, caventesque ab interioris, membranae resinosa, et nucleis masticatione, non solum ob ingratum saporem, sed etiam quia dentibus tenaciter adhaerescit, et amaritudinem nauseabundam diu exercet. Ceterum Chili amici ad convivium allicere cupientes, *accede*, inquirunt, *mi corcule ad cibarium coctorum ollam, quae Peumum sapit.* E Trunco pretiosos asseres, vel maximos ad aedificia et fabricarum lignariorum opera efficiunt. Lignum carbonem optimos praebet, et odorem nonnihil aromaticum emittit, quemadmodum etiam folia, quae dum viridia sunt, odorem effundunt gravem et rancidum.

*Observatio 1.\** Ex hac Lauri specie Clar. Molina Genus suum *Peumus* constituit, sub quo alias tres arbores tanquam ejusdem generis species collocavit. Quarum tamen quarta *Boldo* nomine in Regno Chilensi vulgo nota haud pertinet ad Lauri genus; sed novum genus Ruiziam format; quod in primo nostri Systematis vegetabilium volumine innuimus. Ex brevissimis autem descriptionibus Peumi albae et Peumi mammosae, quas

affert idem auctor, neutiquam divinare possumus, quatenam sint illae species, neque ad quodnam Genus referendae. In *Peumo* deprehenditur singularis character baseos calycis cum germine crescentis ad Drupae maturationem, quae carnosae fit, veluti reliqua ceterarum specierum Druparum pericarpia; quae quidem basis nuci accreta, Drupam constituit reliquarum Lauri Specierum Drupis penitus similem, quam ejusdem calycis lacinae omnino marcidae et rugosae una cum staminibus coronant.

*Obs. 2.\** Inter notas quibus conflatus character genericus, e quo *Peumum* suum Molina constituit, calyx sexfidus tantum modo cum hujus arboris fructificatione congruit; reliquae omnes dissentiunt. Ea de causa, et quoniam cunctas *Peumi* fructificationis partes cum Lauri speciebus convenire observavimus; illam ad hoc genus redigere satius duximus, nihil morati calycem cum germine crescentem donec Drupam coronat; dum aliae species deteguntur hac nota praeditae; quod si aliquando contigerit, has constituere debere genus quidem a *Lauro* diversum, sed neutiquam characteri a Molina formato innixum.

*Explic. Ic.* 1. Flos erectus. 2. Idem expansus. 3. Idem auctus. 4. Calyx cum pistillo et Corpusculis tribus. 5. Stamen cum glandula ad utrumque latus. 6. Stamen auctum cum anthera aperta. 7. Pistillum. 8. Nucleus bipartitus.

### **Laurus Lingue.** Ic. 358, fig. b.

15. L. Foliis oblongo-ovalibus, subtus tomentosis, racemis simplicibus, brevibus.

**Arbor** 8-16-ularis, et ultra, sempervirens, parum aromatica.

**Truncus** erectus, crassus, coma frondosa, cortice fusco, cinereo.

**Rami** teretes; *terni* tomentosi, ferruginei, leviter angulati, foliosi.

**Folia** sparsa, breviter petiolata, oblongo-ovalia, obtusa nonnulla obtuse acuminata, integerrima, supra nitida, glabra, subtus tomentosa, ferruginea, venosissima, venis majoribus alternis, subdivisis, membranacea, marginibus reflexis, bi-tripolicaria, latitudine sesquipollicari.

**Petioli** bilineares, subcontorti, supra-leviter canaliculati.

**Racemi** axillares, solitarii, foliis dimidio breviores, pauciflori, simplices, tomentosi, ferruginei.

**Flores** breviter pedicellati, plerumque 2-4 adolescent, reliqui decidunt.

**Calyx** profunde sexfidus, tomentosus, albedo-ferrugineus, persistens, *laciniis tribus exterioribus* ovatis, parvis, concavis; *interioribus* oblongis, triplo majoribus.

**Filamenta** novem, hirsuta, linearia, erecta, *sex exteriora* eglandulata; *tria interiora* glandula subrotunda pedicellata, lateraliter adnata ad basim. *Antherae* ovato-oblongae, erectae, quadriloculares, quadrivalves; *valculis* elastice sese erigentibus, loculis inferioribus majoribus.

**Corpuscula** tria germen ambientia, triangularia, staminiformia.

**Germen** subrotundum. *Stylus* filiformis, longitudine staminum. *Stigma* trigonum.

**Drupa** ovalis subrotundaque, obscure caerulea, nucis avellanae magnitudine.

*Habitat* in silvis Conceptionis, Puchacai, Arauci, Itatae, aliarumque Provinciarum Regni Chilensis.

*Floret* Januario et Febuario.

*Vernacule*, Lingue, Ligue et Lige.

*Usus*: ex trunco trabes et asseres optimas incolunt extrahunt, ad varios usus perutiles.

*Explíc.* Ic. 1. Flos explicatus antice visus. 2. Idem postice conspectus. 3. Stamen eglandulatum. 4. Idem auctum cum anthera valvulis explicatis. 5. Stamen glanduliferum cum anthera aperta. 6. Calyx cum pistillo, et corpusculis tribus.

### **Laurus cuneifolia.** Ic. 359

16. L. Foliis subcuneiformibus, oblongo-ovatisque acuminatis; obtusisque, racemis foliorum longitudine.

**Arbor** 20-ulnaris, glaberrima, sempervivens

**Truncus** erectus, crassus, coma frondosissima, cortice fusco.

**Rami** teretes; *teneri* subangulati, granulosi, purpurascens, foliosi.

**Folia** sparsa, petiolata, oblongo-obovato subcuneiformiaque, acute obtuseque acuminata, integerrima utrinque nitida, venosa, patula, basi marginibus leviter reflexis; venis majoribus alternis, ut plurimum bipalmaria, latitudine bipollicari, membranacea.

**Petioli** pollicares et ultra, supra canaliculati.

**Racemi** axillares, in flore longitudine foliorum, in fructu breviores, purpurascetes.

**Pedunculi** partiales multiflori, subdivisi.

**Pedicelli** breves, uniflori, bracteis ovatis, deciduis stipati.

**Flores** lutescentes, nutantes.

**Calyx** sexfidus; laciniis ovatis, aequalibus, concavis, obtusis, conniventibus, deciduis; basi cum germine crescente, cyathiformi.

**Filamenta** novem, aequalia, brevissima, linearia; *tria interiora* glandulis sex per paria, sessilibus, molariformibus, utrinque ad basim postice insidentibus. *Antherae* erectae, ovatae, luteae; 4-loculares, 4-valves; *valvulis* elastice sese erigentibus, obovatis, loculis inferioribus majoribus.

**Corpuscula** tria, minima, sessilia.

**Drupa** obovata, ciceris magnitudine, nigrescens.

*Habitat* in Peruviae Andium nemoribus ad Cuchero, et Chinchao. *Floret* Julio et Augusto.

*Observatio*: Ad venarum venularumque majorum ortum foveas, aut rimas oblongas ab insectis provenientes observavimus.

*Explic.* Ic. 1. Flos erectus. 2. Idem expansus. 3. Stamen. 4. Idem auctum. 5. Idem cum antheris explicatis. 6. Receptaculum floris cum glandulis. 7. Pistillum. 8. Drupa basi calycis insidens. 9. Drupa a basi calycis libera.

### Laurus Muca. Ic. 360

17. L. foliis lanceolato-oblongis, tenuibus, acuminatis, racemis brevibus paucifloris.

**Arbor** 30-ulnaris, et ultra, sempervirens.

**Truncus** erectus, crassus, coma frondosissima, cortice fusco, ligno lutescente, fragrante.

**Rami** teretes; *teneri* foliosi, superne tomentosi, ferruginei.

**Folia** sparsa, petiolata, lanceolato-oblonga, plerumque ad basim sensim augustiora, obtuse acuminata, integerrima, membranacea, tenuia, subtus, albidiuscula, venosissima, utrinque glabra supra nitida, laevita, tripalmaria et ultra, latitudine bipollicari.

**Petioli** trilineares, supra leviter canaliculati, parum contorti.

**Pedunculi** axillares, breves, racemosi, pauciflori.

**Flores** duo tresve adolescent, reliqui decidunt.

**Calycis** sexfidus, basi cum germine crescente, in fructu cyathiformi, fusca.

**Stamina** novem.

**Drupa** oblonga, fusci coloris, basi calycis inferne cincta. *Nucleus* bipartibilis, obscure fuscus.

*Reliqua* desiderantur.

*Habitat* in Andium Peruviae nemoribus ad Pozuzo vicum.

*Floret* Junio et Julio.

*Vernacule* Muca. Cortex et semine Mucamúca vulgo.

*Vires et usus.* *Lignum* albido latescens mediocriter compactum, fragrans, ad varia opera tignaria, et aedificia construenda utilissimum. *Nuclei, Cortex et Folia* aromaticum odorem. Piperis nigri, Napthae et Caryophylli fragrantiae accedentem emittunt, cui illorum sapor respondet. Incolae nucleorum infusione in aqua fervente facta ad stomachum roborandum, et adversus indigestiones frequentissime utuntur.

*Obs.* Descriptione incendio Macorae consumpta, et Icone ramorumque especiminibus completis cum Navi Divi Petri Alcantarensis mari submersis, descriptionem et figuram, quas modo exhibemus, ex variis speciminibus, quae penes nos sunt, desumpsimus cum fructibus tantum in calyce contentis; et quamvis fida memoria reminiscimus, flores minutas esse, et novem stamina includere, omnes partes ad amussim non possumus.

### **Laurus limbosa.** Ic. 361

18. L. foliis lanceolatis, acutis, racemis brevibus, paucifloris, calycibus limbosis.

**Arbor** 10-orgyalis et ultra, sempervirens, glaberrima, parum aromatica.

**Truncus** erectus, crassus, coma frondosissima, cortice fusco.

**Rami** teretes, erecto patuli; *teneri* nitidi, purpurascens, angulati, nonnullis granulis, foliosi.

**Folia** sparsa, lanceolata, acuta, integerrima, plana, membranacea, supra nitidissima, subtus valde venosa; venis majoribus alternis, nervo superne elevato, acutiusculo, quadripollicaria, latitudine semipollicari.

**Petioles** quadrilineares, supra canaliculati.



**Racemi** axillares, breves, simplices, pauciflori.

**Calyx** in fructu maximus, cyathiformis, limbo striato, rugoso, crenato-cristato, patulo, tandem reflexo, rubescens.

**Drupa** ovalis, olivae magnitudine.

*Habitat* in Peruviae Andium nemoribus ad Vitoc arcem, unde Joannes Tafalla Iconem, descriptionem, et exemplaria sicca fructibus tantum onusta nobis misit; sed iconem et descriptionem, quas in Navi *Achilles* dicta amissimus, ex dictis exemplaribus e quae in alia Navi transmissa fuerunt, elaboratas hic damus.

*Explic.* Ic. 1. Calyx. 2. Drupa.

### **Laurus acutifolia.** Ic. 362

19. L. foliis oblongo-lanceolatis acutissimis, panicula rara, folio paulo breviori.

**Arbor** (12-orgyalis, sempervirens.

**Truncus** erectus, crassus, coma frondosa, patula, cortice fusco.

**Rami** teretes; *teneri* foliosi, angulati, sulcati, rubescentes, laeves, glabri.

**Folia** sparsa, breviter petiolata, oblongo-lanceolata, acutissima, membranacea, integerrima, marginibus ad basim utrinque revolutis, venosissima, venis majoribus alternis, parum incurvis, utrinque pubescentibus, ut plurimum tripalmaria, latitudine tripollicaria; *tenera* pubescentia.

**Petioli** trilineares, supra canaliculati.

**Panicula** axillaris, solitaria, erecta, gracilis, foliis paulo brevior, multiflora.

**Pedunculi** purpurei, partiales diffusi, remoti, furcati dichotomique.

**Pedicelli** 2-3 flori, breves, bracteolis totidem, minimis, caducis, stipati.

**Flores** parvi, lutei, pubescentes.

**Calyx** 6-fidus; *laciniis* subrotundo-ovatis, patentibus, aequalibus, deciduis, basi persistente.

**Filamenta** novem, brevissima, latiuscula; *tria interiora* utrinque ad basim postice glandula mollariformi, sessili. *Antherae* ovaetae, quadriloculares, quadri-valves; *valvulis* elastice sese erigentibus.

**Corpuscula** tria brevia, staminiformia, germen circumstantia.

**Germen** subrotundum. *Stylus* longitudine staminum. *Stigma* obtuse trigonum.

*Habitat* in Peruviae Andium nemoribus, ad Monzon, non longe a Pueblo nuevo.

*Floret* Augusto et Septembri.

*Observatio*: Flores tincturam sulphuream praestant.

*Explic.* Ic. 1. Flos expansus. 2. Calycis lacinia exterior. 3. Calycis lacinia interior. 4. Stamina in receptacula. 5. Stamen eglandulatum cum anthera aperta. 6. Idem auctum. 7. Stamen cum glandulis. 8. Receptaculum floriis auctum. 9. Pistillum in receptacula cum corpusculis. 10. Corpusculum auctum. 11. Germen adultum basi calycis semiemersum.

### **Laurus triplinervis.** Icon. 363

20. *L.* foliis ovato-lanceolatis, triplinerviis floribus paniculato-corymbosis, drupis caeruleis.

**Arbor** 20-ulnaris et ultra.

**Truncus** erectus, teres, cortice cinereo, coma frondosa.

**Rami** teretes; *teneri* purpurascens, foliosi.

**Folia** sparsa, petiolata, patentia, ovato-lanceolata, acuta, integerrima supra glabra, nitida. subtus leviter albicantia, venosa, triplinervia; venis purpureis, alternis, suboppositisque, subdivisis, incurvis, ut plurimum bipalmaria, latitudine bipollicari.

**Petiolli** semipollicares, supra canaliculati, parum curvati, purpurascens.

**Pedunculi** axillares terminalesque, paniculato-corymbosi, multiflori, in flore virescentes, in fructu purpurei.

**Flores** minimi, breviter pedicellati, bracteis totidem lanceolatis, concavis, caducis, pubescentibus stipati.

**Calyx** parvus, pubescens, viridi-albicans, sexfidus; *laciniis* ovatis, concavis, erectis, subaequalibus; tribus interioribus angustioribus, in fructu purpureus, patulus, triplo major, glaber.

**Filamenta** novem, aequalia, filiformia, latiuscula, villosa; *tria interiora* utrinque glandula subrotunda, sessili, ultra filamenti basim adnata. *Antherae* ovatae, erectae, longitudine calycis, 4-loculares, 4-valves; valvulis elastice sese erigentibus; loculis

inferioribus ovatis, majoribus; superioribus obovatis, minoribus.

**Corpuscula** tria, triangularia, pedicellata, staminiformia, parva, germen ambientia.

**Germen** subrotundum. *Stylus* longitudine antherarum. *Stigma* simplex, obtuse trigonum.

**Drupa** ovalis, pisi magnitudine, caerulea, nitida.

*Habitat* in Peruviae Andium nemoribus ad Cuchero.

*Observatio*: Paniculae fructibus onustissimae.

*Explic.* Ic. 1. Flos erectus. 2. Idem explicatus. 3. Genitalia in receptaculo. 4. Stamen eglandulatum. 5. Idem glanduliferum. 6. Idem auctum cum valvulis antherae explicatis. 7. Pistillum. 8. Drupa. 9. Nux.

#### **Laurus heteranthera.** Ic. 364

21. L. foliis ovatis acutis, racemis erectis, antheris interioribus bilocularibus, exterioribus quadrilocularibus.

**Arbor** 16 ulnaris, et ultra, sempervivens.

**Truncus** erectus, teres, crassus, coma frondosissima.

**Rami** teretes, patuli, *teneri* purpurei, angulati, foliosi, tomentosi.

**Folia** sparsa, petiolata, patentia, ovata, acuta, integerrima, glabra, supra nitida, subtus venosa, venis alternis parum incurvis, ad earum inferiorum ortum foveola villosa; ut plurimum tripollicaria, latitudine sesquipollicari; *tenerrima* utrinque tomentosa, canescentia.

**Petioli** supra canaliculati, semipollicares, rubescentes.

**Racemi** axillares, erecti, purpurei, in flore foliis breviores, compositi.

**Pedunculi** *partiales* sparsi, plerumque triflori.

**Pedicelli** breves, bracteola lanceolata, caduca, pubescente, stipati.

**Calyx** parvus, rubescens, sexfidus; *laciniis* aequalibus, ovatis, pubescentibus.

**Filamenta** novem aequalia, linearia brevina, pubescentia; *sex exteriora* eglandulata; *tria interiora* ad medium glandula subreniformi, utrinque adnata. *Antherae* ovatae, erectae, longitudine calycis; *sex exteriores* quadriloculares, quadrivalves, valvulis elastice sese erigentibus; *tres interiores* biloculares, bivalves.

**Corpuscula** tria germen circumstantia, trigono-sagittata, pedicellata, staminibus duplo breviora.

**Germen** subrotundum. *Stylus* cylindricus, staminum longitudine. *Stigma* obtusum, obsolete trigonum.

*Habitat* in Peruviae Andium nemoribus, Chacahuassi.

*Floret* Augusto et Septembri.

*Expl.* Ic. 1. Flos erectus. 2. Idem patulus. 3. Genitalia in receptaculo. 4. Stamen eglandulatum cum valvulis antherae explicatis. 5. Stamen glanduliferum cum valvulis antherae erectis. 6. Corpuscula. 7. Pistillum.

### **Laurus multiglandulosa.** Ic. 365

22. L. foliis oblongo-obovatis, obtuse acuminatis, racemis brevibus multiglandulosis.

**Arbor** 24-ularis, sempervirens.

**Truncus** erectus, cortice scabro, nigrescente, coma frondosa.

**Rami** alterni, teretes; *teneri* angulati, virescentes, foliosi.

**Folia** sparsa, petiolata, oblongo-obovata obtuse aucinata, integerrima, utrinque glabra membranacea, supra nitidiora, venosa; venis alternis incurvis, minoribus reticulatis, ad basim marginibus revolutis, ut plurimum quadripollicaria, latitudine sesquipollicari, nervo superne prominente.

**Petioli** semiteretes, supra plani, ut plurimum pollicares.

**Racemi** axillares, solitarii, folii triplo breviores, pauciflori, parum divisi, angulati, erecti, ad apicem tomentosi.

**Flores** breviter pedicellati, extus tomentosi, parvi.

**Calyx** sexfidus; *laciniis* aequalibus, ovatis, obtusis, concavis, erectis.

**Filamenta** novem, corolla breviora, aequalis, linearia, compressa; *tria exteriorum* alternantia glandulis duabus, pedicellatis, staminiformibus utrinque ad basim; inter stamina *tria interiora* aliae glandulae, sex, sessiles, subrotundae, luteae per paria dispositae. *Antherae* erectae, ovatae, quadriloculares, quadrivalves.

**Corpuscula** tria, ovata, pedicellata, germen ambientia, staminiformia, lutea.

**Germen** ovatum. *Stylus* longitudine staminum. *Stigma* obtusum, subpeltatum, obsolete trigonum.

**Drupa** ovata, nucis avellanae magnitudine. *Nux* ejusdem figurae. *Habitat* in Peruviae Andium nemoribus ad Chicoplaya.

*Floret.* Februario et Martio.

*Vernacule* Purum Ispinho; id est Ispinho cimarron.

*Expl.* Ic. 1. Flos erectus. 2. Idem explicatus. 3. Genitalia in receptaculo. 4. Stamen eglandulatum cum anthera aperta. 5. Idem glandulosum exterius. 6. Idem interius. 7. Corpuscula. 8. Pistillum. 9. Drupa. 10. Nux.

### **Laurus Hihua.** Icon. 366

23. *L.* foliis oblongo-lanceolatis, acuminatis, basi planis, pedunculis paniculatis, partialibus subdichotomis, floribus corymbosis.

**Arbor** 15-28-ulnaris, sempervirens.

**Truncus** erectus, teres, cortice fusco, subinodoro, coma frondosa.

**Rami** teretes, erecto-patuli; *teneri* leviter angulati, rubescentes, glabri, nitidi; *tenerrimi* leviter tomentosi.

**Folia** alterna, breviter petiolata, oblongo-lanceolata, parvo acumine, integerrima, membranacea, plana, glaberrima, supra laevia, nitida, obsolete venosa, subtus venosa; *venis majoribus* alternis inter se paulo remotiusculis, incurvatis; *minoribus* superius obsolete, ut plurimum quinquepollicaria, latitudine bipollicari; nonnulla oblongo-ovata, acuta; tenerrima utrinque lanuginosa.

**Petioli** trilineares, semiteretes, leviter contorti, supra planiusculi, purpurei.

**Pedunculi** *communes* axillares, solitarii, tenues, erecti, longitudine foliorum, paniculati; *partiales* alterni, distantes, furcati dichotomique, longiusculi, erecti.

**Flores** subcorymbosi, breviter pedicellati, parvi, lutescentes, bracteola ovali, concava, caduca, stipati.

**Calyx** profunde sexfidus; laciniis aequalibus, obovatis, patentissimis, tandem reflexis, deciduis; basi persistente, germen semiamplexante.

**Filamenta** novem, brevissima, latiuscula, aequalis; *sex exteriora* eglandulata; *tria interiora* glandulis sex per paria, molariformibus, utrinque ad basim postice adnatis. *Antherae* ovatae a

medio ad apicem compressae, inferius tumidae, 4-loculares, 4-valves, loculis subrotundis aproximatis.

**Corpuscula** tria, pedicellata, staminiformia, lutea, inter pistillum et stamina interiora.

**Germen** subrotundum. *Stylus* longitudine staminum. *Stigma* obtusum, obsolete trigonum.

*Habitat* in Huayaquilensibus nemoribus.

*Floret* Junio et Julio.

*Vernacule* Hihua.

*Observatio*: Hujus speciei descriptio et Icon, quas D. Joannes Tafalla ad nos mittebat, in Navi qua Praedones Angli flagrante bello potiti sunt, amisimus, quamobrem eas ex ramulorum exsiccorum speciminibus supplere coacti sumus.

*Explic.* Icon. 1. Flos erectus. 2. Idem expansus. 3. Stamen magnitudine naturali. 4. Stamen auctum loculis antherae apertis. 5. Receptaculum floris auctum staminum vestigia, glandulas et corpuscula exhibens. 6. Corpuscula tria. 7. Pistillum supra pedunculum auctum.

### **Laurus furcata.** Ic. 367

24. L. foliis oblongo-ovatis, acutis, basi revolutus, pedunculis racemosis, partialibus, furcatis, floribus congestis.

**Arbor** 14 ulnaris et ultra, sempervirens.

**Truncus** erectus, teres, cortice fusco, coma frondosa.

**Rami** teretes, patentes; *juniores* angulati, superne leviter tomentosi.

**Folia** sparsa, breviter petiolata, oblongo-ovata, acuta, basi revoluta, integerrima, utrinque glabra, membranacea, supra nitida venosa; *venis majoribus* alternis, approximatis; *minoribus* superius tantum manifestis; ut plurimum sexpollicaria, latitudine bipollicari; nonnulla oblonga, ovata, lanceolataque, acuta, aut acuminata, obliqua.

**Petoli** quadrilineares, subcontorti, supra canaliculati.

**Pedunculi** *communes* axillares, solitarii, crassiusculi, patuli, foliorum longitudine, fere racemosi; *partiales* breves, furcati.

**Flores** 4-6-congesti, albidii, subsessiles, totidem bracteis lanceolatis, concavis, tomentosis, ferrugineis, deciduis, calycis fere longitudine, stipati.

**Calyx** sexfidus; laciniis aequalibus, oblongo-obovatis, extus tomentosis, ferrugineis.

**Filamenta** novem, brevissima, latiuscula, aequalia: *sex interiora* eglandulata; *interiora tria* glandulis sex, per paria, molliformibus, obvallata. *Antherae* ovatae, apice compressae, inferne quadriloculares, quadrivalves, loculis rotundatis, aproximatis.

**Corpuscula** tria, pedicellata, staminiformia, inter stamina interiora et pistillum.

**Germen** subrotundum. *Stylus* longitudine staminum. *Stigma* obsolete trigonum, obtusum.

*Habitat* in Peruviae Andium nemoribus ad Vitoc arcem et Chahuasi tractum.

*Floret* Augusto et Septembri.

*Obs.* Praecedenti valde affinis.

*Explic.* 1. Flos patens. 2. Stamen cum valvulis antherae explicatis.

3. Idem auctum. 4. Corpuscula. 5. Receptaculum floris auctum, glandulis, vestigia staminum et corpuscula manifestans. 6. Pistillum in receptaculo liberum auctum.

### **Laurus leptobotra.** Icon. 368

25. *L. foliis* oblongo-ovalibus, acumine acuto, racemis gracilibus.

**Arbor** 20-25-ulnaris et ultra, sempervirens, glaberrima.

**Truncus** erectus, crassus, teres, cortice cinereo, fusco, coma frondosissima.

**Rami** teretes, patuli, angulati, nitidiusculi, purpurascens.

**Folia** sparsa, petiolata, oblongo-ovalia acumine acuto, integerrima, membranacea, plana, nitida, venosa; *venis majoribus* paucis, distantibus, incurvis; *minoribus* numerosis, reticulatis; ut plurimum bipalmaria, latitudine bipollicari, nonnulla oblongo-ovata.

**Petioles** semipollicares, subcontorti, supra canaliculati.

**Racemi** axillares, solitarii, patentes graciles, foliis duplo breviores, compositi.

**Pedunculi** *communes* remoti, horizontales, pauciflori; *partiales* 1-5-flori, rubicundi.

**Flores** divergentes, breviter pedicellati, parvi.

**Calyx** leviter sexfidus; laciniis ovatis, erectis, inaequalibus, acutis; tribus alternis angustioribus.

**Filamenta** nulla. *Antherae* novem, sessiles, ovatae, steriles, laciniis calycis breviores; sex exteriores ad basim laciniarum insidentes.

**Glandulae** sex, molariformes, minimae inter antheras exteriores et interiores insertae.

**Corpuscula** nectarii nulla, conspicua.

**Germen** subrotundum. *Stylus* vix ullus. *Stigma* trigonum, depressum.

*Habitat* in Peruviae Andium nemoribus ad Macora praedium.

*Floret* Julio et Augusto.

*Observatio.* Unam tantummodo hujus specie arborem florentem offendimus et foliorum exiguitate aliisque eorum characteribus plantam polygamam dioicam esse suspicati sumus; illamque arborem, quam observavimus, hermaphroditam femineam; eo etiam fundamento innixi, quod ejus antherae sunt sessiles, omnique pollinis vestigio destituti, quamvis sex exteriores totidem loculorum, et tres interiores duorum tantum vestigia indicent. Suspicionem auxit germen et stigma crassiora visa fuisse, quam in speciebus hermaphroditis absque stylo, qui in his postremis longitudine staminum germenque et stigma minora, quam in *L. Mucamuca* deprehenduntur.

*Explic.* Icon. 1. Flos erectus. 2. Idem, patulus. 3. Stamina. 4. Glandulae. 5. Pistillum.

### **Laurus subcordata.** Ic. 369

26. *L.* Foliis ovato-cordatis, amplis, venosissimis, pedunculis foliorum longitudine, floribus corymboso-umbellatis.

**Arbor** 20-ulnaris et ultra, sempervirens, hirsutissima.

**Truncus** erectus, crassus, cortice fusco, subinodoro, coma frondosa.

**Rami** erecto patentes, teretes; *teneri* angulati, foliosi, ferruginei.

**Folia** sparsa, petiolata, ovato-cordata, nonnulla oblongo-ovalia, obtusa obtusissimaque, ampla, membranacea, integerrima, venosissima, reticulata, rugosiuscula, basi saepius inaequali, sub-



tus hirsutiora, purpurascencia, plana, patentia; *venis majoribus* alternis, nonnullis oppositis, simplicibus divisisque; *minoribus* reticulatis, semipedalia et ultra, latitudine sesquipalmari.

**Petioli** pollicares et ultra, supra leviter canaliculati.

**Pedunculi** *communes* axillares, solitarii, longitudine foliorum compressi, subangulati, ferruginei, superne floriferi; *partiales* sparsi, divaricati, multiflori, furcato-dichotomi.

**Flores** corymboso-umbellati, sessiles, bracteis ovalibus, concavis, parvis, caducis.

**Calyx** sexfidus; *laciniis* erectis, subaequalibus, ovatis, intus glabris, tribus interioribus latioribus.

**Filamenta** novem aequalia, linearia, compressa, extus hirsuta. *Sex exteriora* eglandulata; *tria interiora* glandula reniformi pedicellata utrinque, pedicello postice hirsuto. *Antherae* ovatae erectae; *six exteriores* quadriloculares, quadrivalves, loculis ovalibus, anticis valvulis elasticè sese erigentibus, incurvatis. *Antherae tres* interiores biloculares, loculis oblongis, lateralibus, antherae fere longitudine.

**Corpuscula** tria sagittato triangularia, pedicellata, germen ambientia, pedicello extus hirsuto.

**Germen** subrotundum, *Stylus* longitudine staminum. *Stigma* trigonum.

*Habitat* in Peruviae Andium nemoribus ad Chinchao.

*Floret* Augusto et Septembri.

*Explic.* Ic. 1. Flos erectus. 2. Idem explicatus. 3. Stamen cum anthera aperta. 4. Idem auctum. 5. Stamen glanduliferum cum anthera aperta auctum. 6. Receptaculum cum tribus corpusculis. 7. Idem auctum. 8. Pistillum.

### **Laurus longifolia.** Icon. 370

27. L. foliis lanceolato-ovatis, acutis, basi planis, subtus incanis, pedunculis racemoso corymbosis, floribus minimis.

**Arbor** 30-ularis, sempervirens.

**Truncus** erectus, teres, cortice cinereo, fusco, coma frondosissima.

**Rami** expansi, teretes; *juniores* foliosi, acute angulati, tomentosi, canescentes.

**Folia** sparsa, petiolata, lanceolato-ovata, acuta, integerrima, coriacea, basi plana, supra glaberrima, nitida, subtus tomentosa, incana, venosa; *venis majoribus* alternis, suberectis, simplicibus; *minoribus* supra obsoletis, subtus parum manifestis, pedalia, et ultra, latitudine bipalmari.

**Petioli** pollicares et ultra, canaliculati, subcontorti.

**Pedunculi** axillares, solitarii, foliis triplo breviores, a medio ad apicem floriferi, racemoso-corymbosi.

**Flores** subsessiles, bracteis ovatis, caducis, suffulti, lineares.

**Calyx** sexfidus: laciniis aequalibus, erectis, ovatis, adulte deciduis; tribus alternis interioribus margine reflexis.

**Filamenta** novem, brevissima, latiuscula, compressa; *sex exteriora* glandulis sex per paria molarifornibus ad basim postice utrinque adnatis. *Antherae erectae, ovaes, laciniis calycis paulo breviores, 4-loculares*; *exterioribus* introrsum dehiscentes; *tres interiores* extrorsum 4-valves, loculis inferis ovatis, superis, obovatis; valvulis ejusdem figurae elastice sese erigentibus, incurvis.

**Corpuscula** ovata, parva, germen ambientia.

**Germen** subrotundum. *Stylus* longitudine staminum. *Stigma* trigonum.

**Drupa** subrotunda, ciceris magnitudine, lutescens, basi calycis cyathiformis, granulosa, nigrescente, semiobvoluta.

*Habitat* in Peruviae Andium nemoribus ad Panatahuas Provinciam. *Floret* Julio et Augusto.

*Observatio 1.\** Basis calycis in fructu sapore acri subaromatico, viscosissimo praedita est.

*Obs. 2.\** Cum fructus ad maturitatem propius accedit, folia nonnullorum ramorum extremitatum plerumque decidunt; tuncque pedunculi fructibus onusti, racemum magnum pedem superante paniculatunt ostendunt.

*Explic.* Icon. 1. Flos erectus. 2. Idem postice visus. 3. Idem antice conspectus. 4. Stamen cum valvulis antherae erectis. 5. Receptaculum glandulas et vestigia staminum demonstrans. 6. Pistillum. 7. Drupa.

**Laurus lineatifolia.** Icon. 371

**28.** L. foliis lanceolato-oblongis, acutis, lineatis, subtus helvolis, basi revolutis, pedunculis racemoso-corymbosis, floribus magnis.

**Arbor** 20-ulnaris et ultra, sempervirens.

**Truncus** erectus, teres, cortice fusco, coma frondosa.

**Rami** patuli, teretes; *teneri* foliosi, angulato-sulcati, obsolete tomentosi, subhelvoli.

**Folia** sparsa, petiolata, lanceolata-oblonga, acuta, lineata, integerrima, membranacea, basi utrinque revoluta, supra per venas pubescentia, infra obsolete tomentosa, helvola venoso-reticulata; *venis majoribus* alternis oppositique, subtus prominentibus, superne canaliculatis; *minoribus* superius parum manifestis, semipedalia et ultra, latitudine sesquipalmari; *tenera* utrinque l. viter tomentosa.

**Petioli** pollicares, contorti, supra plani.

**Pedunculi** axillares, solitarii, multiflori, foliis adultis quadruplo breviores, inferne nudi, racemoso-corymbosi, subtomentosi.

**Flores** 4-lineares, pedicellati, 3-5-ni, flavescentes, bracteis lanceolatis linearibusque, concavis, caducis, stipati.

**Pedicelli** 2-3-lineares.

**Calyx** sexfidus; laciniis aequalibus, oblongis, extus tomentosis, patentibus, deciduis; tribus interioribus angustioribus.

**Filamenta** novem, aequalia, brevissima, latiuscula, compressa; *sex exteriora* eglandulata; *tria interiora* glandulis sex per paria molariformibus, postice ad basim insertis. *Antherae* ovatae, acutae, a medio ad apicem compressae, inferne incrassatae, polliniferae, 4-loculares, antice 4-valves; valvulis elastice sese erigentibus, incurvis, loculis aproximatis, parvis, ovalibus.

**Corpuscula** tria inter pistillum et stamina interiora, claviformia.

**Germen** subrotundum, basi calycis cinctum. *Stylus* stamimibus dimidio brevior. *Stigma* trigonum.

*Habitat* in Peruviae Andium nemoribus ad Chinchao.

*Floret* Augusto et Septembri.

*Observatio.* Pedunculos dum folia erant adhuc tenera, eorum fere longitudine et multifloros observavimus. Sed cum ad perfectam magnitudine folia adveniunt, pedunculi foliis quadruplo breviores, et pauciflori sunt.

*Explic.* Icon. 1. Flos erectus. 2. Idem patens. 3. Idem auctus postice visus. 4. Idem antice conspectus. 5. Genitalia in receptaculo. 6. Stamen cum antherae valvulis explicatis. 7. Receptaculum floris glandulas et vestigia staminum manifestans. 8. Receptaculum floris, glandulas et vestigia staminum corpusculorumque exhibens. 9. Corpuscula tria (omnia aucta). 10. Pistillum in receptaculo. 11. Pistillum.

### **Laurus ferruginea.** Ic. 372

29. L. foliis cordatis ovatisque, coriaceis, subtus lanuginosis, ferruginei, pedunculis brevibus, paucifloris.

**Arbor** 12-ulnaris et ultra, sempervirens.

**Truncus** erectus, teres, cortice fusco-nigrescente, coma frondosa.

**Rami** teretes, fusci; *juniores* lanuginosi, ferruginei, fusci atrique, anguloso-striati, foliosi.

**Folia** sparsa, breviter petiolata, cordata ovataque, coriacea, integerrima, marginibus retroflexis; supra pubescentia, tandem glabra, nitidiuscula; subtus venosissima, reticulato-rugosa, dense lanuginosa, ferruginea; *venis majoribus* alternis, inflexis, approximatis; ut plurimum tripollicaria, latitudine bipollicari.

**Petioli** 2-3-linearis, subcontorti, supra planiusculi.

**Pedunculi** breves, crassi, pauciflori, lanuginosi, ferruginei.

**Flores** subcorymbosi, subsessiles, duo, trisve ut plurimum adollescunt, reliqui decidunt.

**Calyx** profunde sexfidus, lanuginosus; *laciniis* ovatis, obtusiusculis, persistentibus; tribus exterioribus paulo brevioribus; receptaculum villosum.

**Filamenta** novem, linearia, compressa, aequalia, dorso villosa; *sex exteriora* eglanulata; *tria interiora* ultra basim utrinque glandula subreniforme subpedicellata. *Antherae* ovatae, quadriloculares, quadrivalves; loculis inferioribus longioribus.

**Corpuscula** tria, ovato-triangularia, pedicellata, parva, germen circundantia villosa.

**Germen** subrotundum. *Stylus* longitudine staminum. *Stigma* trigonum, depressum.

**Drupa** nigra, subrotunda, acuminata, ciceris magnitudine.


*Habitat* in Peruviae Andium nemoribus ad Panatahuas Provinciam.

*Floret* Junio et Julio.

*Expl.* Ic. 1. Flos explicatis. 2. Stamen glanduliferum cum anthera aperta. 3. Idem eglandulatum cum anthera explicata 4. Corpuscula tria. 5. Pistillum. 6. Drupa. 7. Nucleus bipartitus.



CCCXIV.



La Giberna del Sr. M.

LARUS *Peruv.*

CCCXLVI.



J. Bracht del.

F. N. Torre inc.

Laurus ovalifolia



CCCXLVII.



*Fr. Prager del.*

*Fr. Gussone esc.*

*LAURUS punctata.*

CCCXVIII



Es Guaymas del

F. W. Townsend

LAURUS *reticulata*

CCCXLIX.



LARUS *aurantiodora*.

CCCL.




La Gaceta del

F. J. Torre yca

*LAURUS caerulea.*

CCCLI.




La. Cavan. del.

P. N. 1850. ex.

Laurus purpurina

CCCLII.

LAURUS *Picheri*.

CCCLIII.



*LAURUS nitida.*

*L. nitida* de la Cruz

CCCLIV.



R. Polakoff

J. M. Gray

Laurus batavica



CCCLV.



F. Cavanilles del.

F. Cavanilles sc.

Laurus dyeriantha.

CCCLVI.



J. Cavanilles del.

F.A. Serra esc.

*LAURUS subcata*

CCCI.VII.



F. Sanguis del

J. Cuatrecasas

*LAURUS nobilis*

CCCLVIII.




De Cavanilles del

L'LAURUS Pumo

L'LAURUS Lingue.

P. P. Pérez del

CCCLIX.



*f. Hemsley del.*

*sc. Poirer del.*

*Laurus camafolia.*

CCCLX.



J. Prunier del.

J. M. Vaya sc.

LAURUS Nucifera.

CCCLXI.



Leaves of

F. Suria del.

*LAURUS umbrosa.*

CCCLXII.



J. Cabre del.

En Alcorac m.

*LAURUS acutifolia.*



CCCLXIII.



*La nature des*

*F.M. Torre del*

*LAURUS triplinervis*

CCCLXIV.

L. AURUS *heterantha*.

CCCLXV.



La natura del

Picc. B. Braun, sc.

*Laurus mulliglandulosa*

CCCLXVI.



*G. V. V. del.*

*J. M. V. del.*

Laurus Schum.

CCCLXVII.




L. Gouan del.

P. Poiré sc.

*LAURUS furcata.*

CCCLXVIII.



Laurus leptocoma

CCCI.XIX.



El Galapagos del

Laurus *subcordata*.

Sim. Alvarez del

CCCLXX.



P. de la Cruz del

G. Poir. del.

LAURUS *longifolia*



CCCLXXI.



De Gubern del

F.R. Torres incid

Laurus tinctoria.

CCCLXXII.



J. Quercus

J. Quercus

LAURUS ferruginea